

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Penitencia am  
cum fonte primo

Nunquam spernit Deus penitenciam,  
si ei sincere et simpliciter offeratur.  
Eciam si ad summum quis perueniat  
malorum et inde tamen uelit reuerti  
ad uirtutis uiam, suscipit  
libenter et amplectitur.

→

←

Talis, mihi crede, talis est erga homines  
pietas Dei.

Nunquam spernit paenitentiam,  
si ei sincere et simpliciter offeratur.

Etiam si ad summum quis perueniat  
malorum et inde tamen uelit reuerti

ad uirtutis uiam, suscipit  
libenter, amplectitur,

facit omnia quatenus eum ad priorem  
revocet statum: quodque est adhuc  
praestantius et eminentius etiam si non  
potuerit quis explere omnem  
satisfaciendi ordinem,  
quantulumcumque tamen et quamlibet  
breui tempore gestam, non respuit  
paenitentiam, suscipit etiam ipsam nec  
patitur quamvis exiguae conversionis  
perire mercedem.

Iohannes Chrysostomus, *De reparatione  
lapsi*, 6 (SC 117, J. Dumortier ed., p.269,  
ll.17-28).

Non enim temporis longitudine sed  
affectus sinceritate penitudo pensatur.

Crisostomus in libro de reparatione lapsi.

Non enim temporis longitudine sed  
affectus sinceritate paenitudo pensatur,  
aut non legimus Levitas peccatum illud  
gravissimum in deserto non temporis  
longitudine sed unius diei exigua hora  
diluisse?

Iohannes Chrysostomus, *De reparatione  
lapsi*, 6 (SC 117, J. Dumortier ed.,  
pp.270-1, ll.62-66).